

Theses utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1980.00012.22

Auteur(s) : Charles Henri Frédéric Dumont

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Paris)

Imprimeur : Veuve Ballard

Période de création : 4e quart 18e siècle

Date de création : 1784

Description : Une feuille aux coins froissés. le coin inférieur gauche est taché. Déchirures à la pliure médiane. Estampe dans la partie supérieure.

Mesures : hauteur : 730 mm ; largeur : 510 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention de la licence, Charles Dumont, le samedi 26 juin 1784, à Paris. Les articles de droit civil traitent des gages et des garanties. Les articles de droit canon portent sur les sentences et les jugements rendus. L'estampe représente saint Charles Borromée visitant les malades.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Mention d'illustration

ill.



PATRONO SUO.

THESES UTRIVSQUE JURIS.

EX MATERIA SORTITO DUCTA.

CANONICI.

Ex Cap. 7. Extrà. De Sententia & re judicata.

SENTENTIA est legitima iudicis pronuntiatio liti finiendæ causâ interposita.
RES judicata est ipsa res, cui per iudicis sententiam finis impositus est.
DUPLEX est sententia; alia interlocutoria, alia definitiva.
INTERLOCUTORIA sententia est ea quæ de rebus ad causam finiendam pertinentibus pronuntiatur.
DEFINITIVA verò ea est, quæ controversiam penitus dirimit.
IN ferendâ sententiâ hoc inter alia cavere debet iudex, ne contra canones & leges feratur.
NAM contra leges & canones lata sententia ipso jure nulla est.
ALIUD dicendum est, si contra jus litigantium pronuntiatum sit, hæc enim sententia non est ipso jure nulla, nec nisi per appellationem rescinditur.
CÆTERUM sententia lata in causâ matrimonii nunquam transit in rem judicatam.

CIVILIS.

Ex Lege 1. Cod. In quibus causis pignus &c.

PIGNUS vel hypotheca est conventio, quâ res aliqua in securitatem debiti, creditori à debitore traditur vel obligatur.
DUPLICIS generis pignus distinguitur, conventionale & tacitum: conventionale est quod creditoris & debitoris conventionem constituit.
TACITUM pignus est quod citra conventionem ex præsumptâ voluntate contrahentium, vel ex privilegio lex induxit.
HUJUSCE taciti pignoris favor vel crediti causam respicit, vel creditoris personam.
RATIONE cause qui pecuniam creditit ad refectionem ædificii, ædificium sibi, quandiu pecunia soluta non est, jure tacite hypothecæ obligatum habet.
UTIQUE in prædiis rusticis fructus qui ibi nascuntur, tacite intelliguntur pignori domino fundi pro mercedibus, etiâ si non convenerit.
IN prædiis urbanis ea quæ in prædium à conductore investita illataque sunt, proportionem obligata sunt locatori, quasi tacite convenerit: secus in rusticis.
FAVORE personæ mulieribus in dote repetendâ, pupillis atque minoribus adversus tutores atque curatores, tacitum pignus lex induxit.
EX causâ tributorum jus tacite hypothecæ fisco habet in universis censitorum bonis, idem jus habet fisco in bonis eorum quibuscumque contraxit.

Has Theses ex utroque Jure, Deo duce, auspice Dei-parâ, & Præside CLV.D. NATALI CLAUDIO NICOLAO DE LATRE, J.U.D. Antecessore, & Censore, nec non & Censore Regio, tueri conabitur CAROLUS HENRICUS FREDERICUS DUMONT, Ambianensis, Baccalaureus, die Sabbati 26 Junii, anno Dom. 1784, à meridiana ad tertiam.

Aderunt cum jure suffragii forte ducti Clar. D.D. Drouot, Vasselîn, Godefroy, Sarrelle, Trincano.

PARISIIS,

IN SCHOLIS JURIS.
PRO LICENTIATU.

Apud Viduam BALLARD, Consalutidimæ Facultatis Typographum, viâ Mathurionensem.

